Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



128 196

Da nobis qs dne ut et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et ecclia tua tranquilla devocione letetur. P. Ad Romanos Fres existimo enim: quod non sunt adigne passiones hujus tpis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Nam expectacio creature revelacionem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens: sed pter eum qui subiecit in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corrupcionis in libertatem glie filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc: non solum autem illa: sed et nos ipsi primicias spiritus habentes et ipsi intra nos gemimus adoptacionem filiorum expectantes redempcionem corpis nri: in xpo iesu dno nostro. Gr. Propicius esto dne pcatis nris ne quando dicant gentes ubi est deus eorum. V. Adjuva nos deus salutaris nr et pter honorem nominis tui dne libera nos. All. V. Dne in virtute tua letabitur rex et super salutare tuum exultabit. Sequentia d. v. d. s. Secundum Lucam in illo tempore
Estote ergo misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condempnare: et non condempnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabitur vobis. Mensuram bonam et confertam et coagitatam et super effluentem: dabunt in sinum vrm. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autem et illis similitudinem: nunquid potest cecus cecum ducere: nonne ambo in foveam cadunt. Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius